



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XVI. Christus est pax, & pacificator, & purificator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

gu & lupus rapit & dispergit oues: mercenarius autem fugit quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me mea. Sicut nouit me Pater & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ouile & unus pastor. Propterea me diligit Pater: quia ego ponam animam meam, & iterum sumam eam. Heb. 13. 20. 21. Deus autem pacis qui adduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni Dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem, faciens in uobis quod placeat cor aera se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum, Amen 1. Petr. 2. 25. Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. Ibid. capit. 5. 2. 3. 4. Pascite qui in uobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed uoluntariè: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcescibilem gloria coronam.

## CAPVT XVI.

Christus est pax, & pacificator, & purificator.

**E**phes. 2. 4. Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam quam dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis conuincit  
ficauit

ficauit nos in Christo ( cuius gratia estis saluati ) &  
 conresuscitauit, & condesere fecit in caelestibus in  
 Christo Iesu. Verl. 14. 15. 16. 17. 18. Ipse enim est  
 pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parie-  
 tem maceria soluens, inimicitias in carne sua; legem  
 mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in  
 semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem,  
 & reconciliet ambos in uno corpore, Deo per crucem,  
 interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens e-  
 uangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem  
 vobis qui propè. Quoniam per ipsum habemus ac-  
 cessum in uno Spiritu ad Patrem. Collos. 1. 18. 19.  
 20. 21. 22. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui  
 est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omo-  
 nibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit  
 omnem plenitudinem inhabitare; & per eum recon-  
 ciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem cruce  
 eius, siue qua in terris, siue qua in caelis sunt. Et  
 vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu,  
 in operibus malis; nunc autem reconciliauit in cor-  
 pore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos &  
 immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. Ibi-  
 dem cap. 3. 14. 15. Super omnia autem hac charita-  
 tem habete, quod est vinculum perfectionis: &  
 pax Christi exultet in cordibus vestris, in quas  
 & vocati estis in uno corpore, & gratie stote.

Plura capite sequenti decimo septi-  
 mo & decimo octauo, decimo

nono & 26.

\* \*

CAPVT